

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Academici Johannis Quistorpii, D. Theolog. Past. J. & Prof.
P. Quo, ad eundum ... B. Johanni Maken/ S. Paginarum Studioso, Exequias.
Omnes omnium Ordinum Academicos, studiosissime invitat : P.P. VI. Martii Anno
M. DC. LX. sub Sigillo Rectoratus ...**

Rostochi[i]: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77033329X>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,

in

J. M a k e.

Rostock, 1660.

13.

PROGRAMMA
RECTORIS ACADEMICI
JOHANNIS QVISTORPII,

D. ΘΕΟΛΟΓ. Past. J. & Prof. P.
Quo,
ad eundum

Solitario & Humano

B. JOHANNI

OBITUARY

S. Paginarum Studioso,

EXEQVIAS.

Omnes omnium Ordinum Aca-
demicos, studiosissime invitati.

P. P. V. Martino M. DC. LX. sub Sigillo Rectoratus.

Conventus fieri hora I. in Templo Jacobeo,



ROSTOCHI,

Typis Heredum NICOLAI KILI, Acad. Typ.

RECTOR
JOHANNES QVISTORPIUS, D.

Ad quæstionem, utrum nè mori sit bonum, an malum. *Lactantius* p[re]re-
spondebat qualitatem ejus ex vita ratio-
ne pendere. Nam sicut vita bonum est, si
cum virtute vivitur; malum, si cum sce-
lere: ita & mors ex præteritis vitæ acti-
bus est ponderanda. Ita fit, ut si vita in
pietate sit transacta, mors malum non
sit, quia translatio est ad immortalita-
tem: sin aliter, malum sit necesse est,
quoniam ad externa supplicia transmit-
tit. Mors quidem, quam homines ti-
ment, ut malum, est separatio animæ à
corpore; Mors autem vera, quam non
timent homines, est separatio animæ à
DEO, & plerumq[ue] cum timent homi-
nes istam, quæ separat animam à corpo-
re, incidunt in illam, quæ animam à Deo
separat. Vita enim animæ, ut *Augustinus*
ait, Deus est, Mors animæ, peccatum;
pecca-

peccatum inquam non remissum, quod
hominem iræ Dei justissimæ atq; æter-
nis suppliciis reddit obnoxium. Ultraq;
verò mors per Christum Jesum, qui ut
vitā habet in seipso, ita & nobis Christia-
nis factus est, vita & resurrectio, tollitur
potentissimè, ut ipse triumphādo dixit:
Eromors tua, non mors. Ex quibus indubita-
tò conficitur id, quod volumus; Morte
eorum, qui sunt in Christo Jesu, minimè
illis cedere in malum ac condemnatio-
nem; sed si mihi cum *Methodio* loqui lice-
at, esse saluberrimum pharmacum, quo
anima & corpus ab omni peccato & la-
be purgantur, dixerim. Neq; enim caro
& sanguis, in hac corruptissima naturæ
corruptionē, est secundum Apostoli-
cum effatum habilis, quæ hæreditatem
æternæ beatitudinis audeat; sed prius eam
mutari, atq; adsumptâ mortalitate, im-
mortale fulgens vigensq; corpus redi-
cū necesse est. Nam non corpora solum
nostra

nostra fragilia, in morte placidè obdormientia, speramus & omnino confidimus certissimè revictura, suarumq; animalium pristina domicilia vicissim futura, sed nec animalium statum felicissimum & ex optatissimum in dubium vocam⁹; quippe quæ nexu corporum per peccati contagium solutæ, statim lætissimo Dei conspectu in tranquillâ & gaudio perenni fruūtur, si modo fides est, ut est vel maximè pace, divinis oraculis habenda. Quemadmodum enim non male, sed benè vivere putamus, qui noctu in cubiculis & lectis suis membra ad somnum componunt, atq; suaviter dormiunt: sic pie mortuorum animas, non quidem plane redigi in nihilum, quod fuit ante nihil, sed ad beatissimam quietem, ut scriptura loquitur, colligi, eorūq; corpora tanquam in lectis ac dormitorii suis requiescentia, diem Resurrectionis lætissimam in tranquillâ pace experitare,

Etare, nos fides Christiana docet. Qui in
fide homo constitutus, is potest non ad
mortis meditationem trepidare, sed po-
tius cum B. Hieronymo ex ultare atq; erum-
pere in has voces: *Quantum lucrum mihi est mo-
ri, quoniam vivere, deinceps meum Christus erit;* ecce
terrestris domus hujus habitationis dis-
solvitur, ut alia succedat, non manufacta
habitatio æterna in cœlis; ecce, quod
mortale est, vestimento exuor, ut æter-
no induar: hucusq; peregrinat⁹ sum, jam
redeo ad patriam: eccè portum attin-
go, quem tanto desideravi desiderio: ec-
ce de tenebris ad lucem, de periculis ad
securitatem, de prælio ad victoriam, de
foetore ad odorem svavissimum vehor.
Verè hic vivens mortuus sum, & jam ve-
rè vivifor; vita mundi non vita, sed
mors, vita fallax, vita onusta tristitiis, im-
becillis & umbratica, vita mendax. O
mors dulcis & jucunda, non certe mors,
quæ

quæ vitam verā largiris, quæ fugas febres
& vulnera, famem extinguis & fitim. &c.
Quam bene igitur cum nostro B. JOHAN-
NE **Mafen**/S. Theol. Studiosissimo actū,
qui ex hac mortali vita in immortalem,
tanquam ex terreno diversorio in cœle-
ste hospitium , exul in veram patriam
transmigravit, liber ab omnibus impedi-
mentis foris obvenientibus, Deumq; in
colendâ sanctorum Angelorū& hominū
comunione , æternum celebrans, inq;
præsentissimâ contemplatione totius
divinitatis, constantissime cōquiescens.
Ex his, quæ diximus, satis elucet illum &
omnium honorum laude commendan-
dum. Natus est hic Rostochii d. 2. Febr.
An. 1633. ex præcipua & antiquissima,
familia, Patre Viro Amplissimo Dn. RO-
LOFF **Mafen** Senatore insigni, Matre fœ-
mina laudatissima CATHARINA **Netteln-**
blades lavos, tritavos, quadritavos & ma-
jores omitto, cum in Programmate piè de-
functi

functi parentis sint prolixius enumerati; cumq; eos omnes sim specificaturus in concione hujus funebri. Nec hic piè defunctus, contemptor vanitatum in quibus mundus laudem quererere solet, his plumis ornari multum concupivit; sufficiebat ei quod à Christianis parentib9 prognatus, & per Sacramentum Baptismi, ex Deo regenitus fuisset. Quodq; juventutem non in turpi otio, sed in studio Theologico, transegisset. Parentes eundem anno etatis 19. ex hac trivialis schola, ad Hannoveranam frequentandā dimiserunt; de ea ad Jenenses & Rintelanos profectus, vitam studioso dinam gessit; unde omnigena eruditione instructus ad suos rediit. In patria Academia studia alibi cæpta gnaviter continuavit, & ad pedes, potissimum Theologorum, attente consedit. Ita ut multi conceperint hanc spem, eū brevi fore organon egregium Ecclesię Christi. De cœtero,

tero, piē & modeste vixit, & à consortio
pravo abstinuit. Ante quinq; septima-
nas pthysi, qui morbus jam ante fratrem
ac sororem morti tradiderat, admodū
laborare cæpit, ita ut Excellentiss. Dn. D.
BACHMEISTERUS, remediis eandem pro-
fligare haud potuerit. Nec ipse sane vitā
tanti fecit, sed lubens eandem comutavit
cum altera illa cælesti vita. Identidem il-
lud Stephani Protomartyris ingeminan-
do: O DOMINE suscipe spiritum me-
um; placide in DOMINO obdormivit,
.A. ætatis xxvii. Ejus exsuvia in templo
Mariano terræ mādabuntur. Hortamur
itaq; majorem in modū omnes Acadē-
micos, ut horā I. in AĒDE SAC. JACOBI
conveniant, & funus honorificè prole-
quantur. Ipsimet interea non imemores
sortis suæ, quæ vitrea est, & cum maximè
splendet, frangitur.

Publi. Sub Sigillo Accademia d. Junii 27.
ANNO M. DC. LX.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77033329X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77033329X/phys_0016)



functi parentis sint prolixumq; eos omnes sim sp concione hujus funebri. functus, contemptor va bus mundus laudem qu plumis ornari multum co ficiebat ei quod à Christ prognatus, & per Sacram smi, ex Deo regenitus fu juventutem nō in turpi dō Theologico, transeg eūndem anno ætatis 19. schola, ad Hannoveranā dā dimiserunt; de ea ad J ethelanos profectus, vita nā gessit; unde omnig instructus ad suos rediit. I mīa studia alibi cæpta gna avit, & ad pedes, potissim rūm, attente confedit. It ceperint hanc spem, eū b non egregium Ecclesię C



merati; urus in piè de in qui dlet, his it ; suf rentib⁹ Bapti Quodq; l in stu arentes triviali entan & Rin oso di titione Acade continu ologi ti con e orga Decœ tero,

93

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.